

Quid faciendum, si appellans causam non prosequatur.

SI appellans causam appellationis non prosequatur, & concessis sibi compulsorijs litteris, acta non transportet, appellationisque desertio a parte adversa petatur, in hoc servetur, quod est jure Pontificio constitutum. Si vero desertionem non petat, sed prosequi causam velit, mandetur appellanti, ut suis impensis acta una cum causa, & ratione, quibus motus Judex a quo sententiam tulit, aut in causa processit, deferat, termino ei ad hoc competente præfixo. Quod si appellans non effecerit, parti adversæ facultas detur, ut appellantis sumptibus processum una cum alijs jam dictis afferat, si ea appellationi alterius partis appellantis non adhæsit, si vero adhæserit, omnibus utriusque partis sumptibus id fiat.

Constitutio Bonifacij VIII. si contra unum in casu recusationis observetur.

Tex. in cap. si contra unum de Offic. deleg. lib. 6.

QUANDO aliquis ex Officialibus fuerit recusatus, recusans recusationis causas coram Judice recusato proponat, qui causas hujusmodi ad Episcopum deferat. Episcopus vero causam principalem decernendam suscipiet, partesque audiet in articulo recusationis, ad præscriptum constitutionis Bonifacij VIII. quæ incipit, *si contra unum*, eamque servari, & adimpleri hæc Synodus injungit.

LIBRI TERTIJ TITULUS I.

De Officio Episcoporum, & vitæ puritate.

DE HIS, QUÆ AD PROPRIAM EPISCOPI
PERSONAM PERTINENT.

Episcoporum vita alijs norma sit.

ACCINGERE se volens Sacrosancta, Oecumenica, generalis Tridentina Synodus ad collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam, juvante Domino, restituendam, ac depravatos in Clero, Populoque Christiano mores emendandos, spem in Episcoporum integritate summam collocavit his verbis: Integritas præsentium salus est subditorum, & verus Ecclesiasticæ Hierarchiæ scopus præcipuus is est, ut Episcopum instruat omnibus numeris absolutum, Sancto Dyoniso Areopagita dicente; Pontificum Ordo Sacratum is est, divina speculantium Ordinum, qui summus est, & ultimus, sicut enim Hierarchiam omnem in Jesu terminari conspicimus, ita unamquamque functionem in suum Pontificem. Ex quibus facile colligere est, qua puritate vitæ, morumque integritate præditus is esse debeat, quem divina gratia, & assidua virtutum exercitatio ad statum perfectionis evexit: qua humilitate, qua benignitate, qua mansuetudine, qua charitate,

Conc. Trid. Sess. 6. c. 1. de reformatione.

Milan. 1. tit. de vita, & honest. Episc. a fol. 60. & Composit. Cæc. ad. 3. c. 1. cum seq. & Toliet. ad. 2. a cap. 1. cum seq. Provinc. de Quir. ad. 2. Decret. 3. & 5. & Limen. 3. ad. 3. c. 1. & 2. optime Conc. Milan. 4. 3. p. iii. de Episcop. cum seq.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU
a Rmo. Episcopo Guaxacanensi.

Doctor Sancius de Alzoris, Decanus Ecclesiæ
Guaxacanensis.

Baccalaureus Petrus de Alaves, Archidiaconus ejus-
dem Ecclesiæ.

Baccalaureus Balthasar de Ulloa, Scholasticus ejus-
dem Ecclesiæ.

Franciscus de Covarrubias, Canonicus ejusdem Ec-
clesiæ.

TITULUS II.

De Officio Rectoris, & Plebani,

DE OFFICIO PAROCHI, ET DOCTRINÆ

CURA.

§. I.

*Parochi obligationes suas frequenter memoria repetant,
atque decreta hæc assidue legant.*

*De hoc tit. in ge-
nere bene loqui-
tur in Concil. 1.
Milan. par. 2. de
his, quæ ad Sa-
cramentorum ad-
ministrat. perti-
nent, & Gran-
tit. de Offic. Re-
ctoris, & Synod.
de Quir. a const.
41. usque ad cõ.
51. 47.*

Animarum Curam gerere, earum morbis me-
deri, & eas ad Deum ducere, in quibus
omnis Curatorum officij ratio versatur, ars
artium, & scientia scientiarum est. Sed quia in re
tanti ponderis, & momenti, ubi de animarum salute
agitur, quælibet negligentia valde periculosa est, Pa-
rochos omnes, tam Seculares, quam Regulares hæc
Synodus, quantum potest, in Domino cohortatur, eis-
que præcipit, ut impositum suis humeris onus atten-
te considerent, & eis, qui spirituali subditorum uti-
li-

litati consulunt, promissum præmium animadvertant,
ac negligenter agentibus statutum supplicium ob ocu-
los ponant, divinaque adjuvante gratia, ad id toto pe-
ctore incumbant, ut in suo munere obeundo omnem
operam præstent. Quo vero officij sui rationes Paro-
chis magis notæ sint, in Decretorum hujus Synodi,
eorum præsertim, quæ ad solum munus pertinent,
assidua lectione versentur, librumque Decretorum
hujusmodi, post sex menses, a die publicationis eo-
rum computandos, emant, & secum habeant, sive mi-
nus, pondo decem multentur, quorum partes, quæ
fabricæ Ecclesiæ, cujus exercent Curam tribuantur,
tertia vero accusatori, aut, eo deficiente, Judici, a
quo ex officio id fuerit judicatum.

§. II.

*Parochi verbum Dei prædicent, & catechismum
tradant.*

CUM Prædicatione verbi Dei, ac Doctrinæ Chri-
stianæ documentis maxime subditorum men-
tes illuminentur, & ad Deum dirigantur, præcipit
hæc Synodus, ut huic rei Curati potissimum invigi-
lent, eo tempore, & ordine, quibus titulo de Sum-
ma Trinitate, & Fide Catholica præscribitur.

*Vide supra tit.
de constitutioni-
bus §. 3.*

*Supra lib. 1.
tit. 1. §. 2.*

DE ADMINISTRATIONE

SACRAMENTORUM.

§. I.

Omni sollicitudine Sacramenta Parochi dispensent.

Perpendant Parochi dispensationem Sacramen-
torum, quæ cibis, & medicina animarum
sunt, a Domino sibi creditam, & quam sint

Ss 2

Deo

DE CURA SUBDITORUM, ET PROPRIÆ

FAMILIÆ.

§. I.

Faciles sint, & subditos austeritate ne deterreant.

Episcope, ut Pastorale Officium postulat, benigni, ac mansueti sint, languoribusque sanandis, ac pauperum miseris sublevandis, cum omni pio, ac paterno zelo, prospiciant, talesque sese præbeant, ut subditorum molestias in omni patientia supportantes, eis aditum faciant, ne hæreant trepidi, sed cum omni fiducia ad Episcopos confugiant, ab eisque in labore solatium, in paupertate auxilium, in morbo medicinam petant.

§. II.

Parochos consulant singulis hebdomadis.

Parochos singulis hebdomadis ad se vocent, ab eisque sciscitentur de subditorum statu, de temporalibus, & spiritualibus Populi ærumnis, de remedio peccatis publicis adhibendo, ut ijs omnibus accurate succurrant.

§. III.

Delectus, & cura familiarium.

Quoniam, qui domum suam gerere nescit, ex sententia Apostoli, nec Ecclesiam Dei recte gubernabit; hæc Synodus Episcopos monet, ut non solum ipsi vitæ exemplo subditos ædificent, sed eos etiam familiares sibi deligant, qui honestate vitæ, & morum integritate comprobentur: ne si Populo scandalo sint, Episcopi ministerium vituperetur. Oneri suo

suo Episcopi satisfaciunt, si Concilij Tridentini Decreta, in quorum executione Cleri, Populique Christiani reformatio consistit, assidue legant, attente meditentur, diligenter exequantur.

DE DOCTRINÆ CURA.

§. I.

Prædicationis Cura.

Præcipua Episcoporum Cura in docendo Populum Evangelium Dei sita esse debet, atque quod jam titulo de Summa Trinitate, & Fide Catholica decretum est, ad eam rem maxime incumbant, oportet, ut Parochi, & Ecclesiastici viri sua munera, & ministeria in hoc adimpleant, quo subditi, præsertim rudes, salutari verbi Dei Doctrina pascantur. Si vero (quod absit) prædicator errores, aut scandala in Populum disseminaverit, etiam si regularis sit, ei Episcopus Autoritatem Concilij Tridentini sequutus prædicationem interdicit.

§. II.

Aliqua decernuntur circa Seminaria.

Volens Tridentina Synodus doctis, beneque instructis Ministris adhibitis Populum Christianum omni salutari doctrina abundare, decrevit, ut in singulis Diocæsis Collegium erigeretur, ubi pueri religiose educarentur, & omnibus Ecclesiasticis disciplinis imbuerentur, ita ut Collegium hoc Ministrorum Dei perpetuum esset Seminarium. Quod cum ob rerum incommoditatem, in hac Provincia sortiri effectum hæcenus non potuerit, ne tam san-

Oo 2

ctum

Conc. Trid. Sess. 24. c. 4. supra lib. 1. tit. 1. §. 2.

Curet Episcopus, ut a Parochis Dei verbum annuntietur.

Sess. 7. cap. 2.

Sess. 23. cap. 18.

Conc. Limenf. 3. ad. 2. c. 44. & Milan. 5. tit. de Semin. a f. 759.

Ipsaq; Sancti Carolus Borromeus Archiepisc. Mediol. pie, & sancte docet in adibus sua Ecclesia tom. 2. p. 5. adnotum fol. 947.

etum opus (& in his partibus, ubi mensis quidem multa est, sed operarii pauci) maxime necessarium, labente tempore oblivioni traderet; hæc Synodus statuit, ut Episcopi, quo citius fieri possit, Concilij Decretum exequentes, pro cuiusque Diocesis facultate Seminarijs huiusmodi instituendis, eam operam navent, ut semel instituta permanent.

§. III.

Curent Episcopi, ut tradatur moralis disciplina: cunctosque Clericos compellant, ut eidem intersint.

NE desit numerus confessoriorum, qui scientia periti sint, & in administratione Sacramentorum versati, atque ut errores, & damna, quæ ex Ministrorum ignorantia sæpe proveniunt, vitentur, statuit, ac præcipit hæc Synodus, ut in ea Diocesi, ubi conscientiarum casus, & Sacramenta nullis legendo interpretatur, aliquem ad id Episcopi constituent, & ubi jam constitutus est, ut in eo munere perseveret, procurent. Clericos vero omnes ibi residentes compellant; nisi in Theologia, vel Decretis gradum obtineant, & Episcopo probati sint, ut hos audiant Magistros, quod si audire neglexerint, neque ad Ordines, neque ad Beneficium neque ad Sacramentorum administrationem recipiantur.

§. IV.

Qui confessionibus audiendis deputantur, severe examinentur.

Sacerdotum, Ministrorumque Ecclesiæ ignorantiam ex eo orti certum est, quod in his exami-

nan-

Episcoporum, & vitæ puritate.

nandis Episcopi negligenter agant. Quare ad præscriptum Concilij Tridentini iubentur, ne quemquam, sive Secularem, sive Regularem sine diligenti examine, regulis hujus Synodi servatis, ad Ordines recipiant, neque ad audiendum confessiones secularium, etiam si Sacerdotes sint, nisi præcedenti examine iuxta dictas regulas idoneus repertus ab Episcopo facultatem obtineat. Hanc autem facultatem Episcopi caute concedant, eorum sufficientia ponderata, de quibus periculum fecerunt ad certos personarum status eum limitantes. Semel autem examinati, & probati ad confessiones audiendas, ab eodem Episcopo non examinentur, nisi nova causa supervenerit.

§. V.

Indorum Parochis terminus præfigitur sex mensum, ut eorum Idioma addiscant sub pena vacationis officij ipso factio.

Condolendum sit valde, de quorundam negligentia Sacerdotum, qui, quamvis ex officio Christianis documentis Indos instruere, teneantur, subditorum linguam ediscere negligunt, sine qua Fidei Christianæ Mysteria, nec vim Sacramentorum animæ salutem docere possunt. Hæc Synodus Episcopos monet, ac si opus est, eisdem mandat, ut intra sex menses ab horum decretorum publicatione computandos, Clericos in regionibus Indorum beneficia cum onere obtinentes, in materna earundem regionum lingua examinent, & quos repererint linguæ huiusmodi ignaros, sex mensum spatio præfinito, ad discendam linguam compellant, admonentes eos,

Pp

qua-

Sess. 23. cap. 18. & 15.

quatenus elapso termino, si linguam hujusmodi non didicerint, beneficium, quod obtinent, ipso facto vacabit, & alteri de eo fiet provisio. Quod si ob nimiam idiomatis obscuritatem, vel ob aliam justam causam id fieri non licuerit, possit tunc Episcopus alios sex menses peremptorie præscribere, omni tpe amplius prorogandi femota, in quo, & in Regula decima octava Cancellariæ Apostolicæ adimplenda conscientiæ Episcoporum onerantur.

Tx. in cap. quoniam in plerisque de Offic. Ordinarij, & reg. 20. Cancellariæ.

§. VI.

Non nimis facile licentia Indorum Ministris concedatur, ut a Parochia absint.

NE Indorum instructio unquam intermittatur, Ministris Ecclesiasticis Indorum exeundi a suis regionibus, nisi ex urgente causa, facultatem Episcopi non concedant. Quando vero alicui concesserint, in ejus absentia idoneum Sacerdotem sufficientem.

Facit Conc. Li. mens. 3. art. 2. cap. 41.

DE VISITATIONE PROPRIÆ PROVINCIÆ.

§. I.

Visitatio singulis annis, aut biennijs ab Episcopo fiat, vel eodem impedito, a Visitatore.

NIHIL est ad salutem gregis accommodatius, quam præsentia Pastoris, sed quia universam Diocesim oculis perlustrare, eique omni Episcopus assistere non potest, visitatio Ordinaria adhibenda est. Quam obrem juxta Concilij Tridentini Decreta hæc Synodus statuit, ut Episcopi quotannis, vel saltem singulis biennijs, propriam Diœ-

Sess. 24. cap. 2. de reformat.

cesim per se ipsos visitent; aut si legitime impedian- tur, Visitatores deligant sapientia, & vitæ exemplo probatos, ab omni cupiditate alienos, ac depique tales, a quibus Cleri, Populique reformatio, & executio formulæ, titulo de Visitatoribus ab hac Synodo præscriptæ, in omnibus speranda sit.

Mex. 1. c. 52. Milan. 1. tit. de Visitations, & Tolet. ad. 2. c. 2. & Limen. 3. ad. 4. c. 1. 2. & 4. & Conc. Milan. 4. 3. p. III. de Visi.

§. II.

Modestia in Visitations servanda.

AD morum emendationem, non minoris utilitatis est, temperantiæ, ac modestiæ Christianæ exemplo subditos ædificare, quam de eorum delictis inquirere, eademque corrigere; quod ut sibi animo proponant, dum Episcopi suas Dioceses visitant, hæc Synodus vehementer exoptat; quam obrem Autoritate Concilij Tridentini suffulta Episcopis mandat, ne cum suam Diocesim visitaverint, inutilibus sumptibus, cuiquam graves, onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorum quicquam procurationis causa, pro visitatione etiam testamentorum, ad pios usus præter id, quod ex relictis pijs jure debetur, aut alio quovis nomine; nec pecuniam, neque munus quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili; exceptis tamen vitalibus, quæ sibi, & suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra erunt ministranda. Quod si quisquam (quod absit) aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumperit, is, præter dupli restitutionem intra mensem faciendam, alijs etiam pænis juxta Constitutionem Concilij ge-

Conc. Trident. Sess. 24. c. 3. de reformat.

Nemini graves sint.

Nihil exigant.

*Tx. in cap. exigis
de censibus lib. 6.
c. 1. & 2. in tit.
de. 2. in tit. 3.
c. 1. & 2. in tit. 4.
c. 1. in tit. 5.
c. 1. in tit. 6.*

neralis Lugdunensis, quæ incipit, *exigit*, necnon alijs pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi sine exceptione mulcentur, ne integritas, quæ in visitatione servari debet, ullatenus detrimentum accipiat.

§. III.

Parochi Regulares visitentur.

*Conc. Trid. Sess.
25. c. 11. de Re-
gularibus.*

*Cedula Real de
S. M. de Barcelo-
na 1. de Junio
de 1585.*

Sess. 25. cap. 14.

Visitent Episcopi Ecclesias, & quas Doctrinas vocant, seu conditiones, ubi Religiosi comorantur, ibique Eucharistiæ Sacramentum, Fontem Baptismalem, fabricam Ecclesiæ, & Elæmosinas Ecclesiæ erogatas, ac reliqua omnia, ad Ecclesias, & Divinum Cultum spectantia; quoad visitationem vero fabricæ Ecclesiæ, illæ domus intelliguntur exceptæ, quæ ab ipsis regularibus proprijs sumptibus sunt ædificatæ. Visitent etiam Religiosos in prædictis Doctrinis, seu conditionibus degentes, quoad animarum Curam, quam exercent, eosque paterno zelo corrigant, eorum honori, & bonæ famæ prospiciant, atque id omne præstent, quoad effectum hujusmodi necessarium sit, juxta Decretum Sacrosancti Concilij Tridentini, ut in titulo de Regularibus mentio fit.

§. IV.

Singulis triennijs Vicarij, & alij Officiales visitentur.

*Fundatur in le-
ge 4. tit. 7. lib.
3. recopilas. &
Conc. Compstel.
ad. 3. cap. 19. &
Tolet. ad. 2. cap.
17. Syn. de Qui-
roga const. 113.*

Ut in omnibus Ecclesiasticis Tribunalibus pure, recteque agatur, Metropolitanus, ceterique Episcopi per se, vel per deputatam Personam, saltim quolibet triennio, Officiales, Vicarios, Visitatores, Fiscales, Notarios, aliosque Justitiæ Ministros visitent, ab eisque gravamina illata resarciant, ac pro-

qua-

qualitate criminum, usque ad officij privationem eisdem puniant. Si vero horum aliquis ex quacumque causa ante triennium officium dimittere debeat, per dies triginta inquiratur, & officium eo tempore non exerceat. Quando autem per Episcopi obitum officia vacaverint, ab alio Officiales ne inquirantur, quam ab Episcopi Successore, præstitis Sede-vacante fideijussoribus, de ratione officiorum postea reddenda, & de stando rei judicata.

§. V.

In visitatione Cultui Divino, & Ecclesiarum decori sedulo studeant.

In visitatione Episcopi accurate provideant, ut Ecclesiæ eo cultu teneantur, qui decet domum Dei; si quas vero Ecclesias eo, quo oportet cultu, sine gravi indigenarum molestia teneri non posse, easque minime necessarias imo supervacaneas repererint, de jeci jubeant, quæ autem necessaria judicabuntur reparari faciant, & convenienti cultu ornari. Facultatem denuo ædificandi Ecclesias, aut Heremitoria sine urgenti causa ne concedant: Si vero facultas detur, curent, ut Ecclesiæ, & Heremitoria hujusmodi in situ, & loco impartientiæ Doctrinæ Indis magis commodo, quam Ministrorum commodatibus opportuno, juxta Regiæ Majestatis schedam erigantur.

§. VI.

Singulis mensibus carceris visitationem faciant.

Singulis quoque mensibus semel Episcopi visitent carceres Ecclesiasticos, & in eis inclusos, dent

*& Prov. ejusdem
Quirog. ad. 3. c.
1. & Milan. 3.
fol. 604. verbo
quodannis.
Conc. Tolet. ad.
2. cap. 17. verbo
sed si predicto-
rum, & approba-
tur in Conc. Pro-
vinciali celebra-
to ab eodem Qui-
roga ad. 3. De-
creto 1.*

*Mex. 1. cap. 35.
cum §. 1.*

*Mex. 1. c. 68. &
Compel. ad. 3. c.
2. & Tolet. ad.*

Qq

que

2. c. 3. & Gran.
tit. de Offic. Re-
toris n. 22. &
Milanens. fol.
604. verbo Epi-
scop. non solum.

Sess. 25. in De-
creto de Purga-
torio, titul. de in-
vocatione, & ve-
neratione, & Re-
liquijs Sancto-
rum. Limens. 3. ad.
4. c. 10. Compost.
ad. 2. Decret. 6.
& Milan. 1. tit.
de Sancto-
rum Reliquiarum vene-
ratione, & Mi-
lan. 4. tit. de Sa-
cris Reliquijs.

Brevia Indul-
gentiarum inspi-
ciant.

Tabella Indul-
gentiarum nus-
quam appenda-
tur, nisi ab Epi-
scop. subscripta,
aut a Vic. Gener.

Mex. 1. c. 36. &
Synod. de Qui-
roga const. 66.

que operam, ut capti, qui, vel Ecclesiastico, vel Se-
culari carcere detinentur, Missam, & quandoque ver-
bi Dei prædicationem audiant.

§. VII.

Sacras Reliquias examinent.

AD tollendos abusus, & extirpandas superstitiones,
quæ imprudenti quorundam pietate erga Sæcto-
rum Reliquias, & Indulgentias irreperere solent, Epi-
scopi Concilij Tridentini Decretum exequentes, quam
primum Sanctorum Reliquias, quas in sua Diocesi
compererint, tam in Ecclesijs, & Monasterijs, quam
in potestate particularium Personarum cujuscumque
status, & conditionis, examinent, & recognoscant.
Quæ, si authentico testimonio non probentur, defer-
ri, aut in loco publico venerandas proponi, nullate-
nus permittant. De Indulgentijs etiam injungitur, ne
scilicet eas publicari consentiant, nisi Litteris Apo-
stolicis, aut earum testimonijs optime discussis, au-
thenticisque repertis. Solet enim fidelibus esse occa-
sio, ut eorum devotio erga authenticas, & veritatis
testimonio comprobatas Reliquias, aut Indulgentias
tepefeat, si eæ, quæ authentico testimonio carent, in
veneratione habentur, ac frequentantur. Deinceps
autem Indulgentiarum tabellæ, nisi ab Episcopo, si-
ve ejus Officiali subscriptæ, ac Notarij fide roboratæ,
in Ecclesijs non affigantur. Quod si secus factum fue-
rit, severe corrigetur excessus.

§. VIII.

Cautio servanda in Sacrorum Vasorum benedictione.

UT a rebus Sacris omnis simoniæ occasio fundi-
tus tollatur, Calices, aut vestes Ecclesiasticas
Epi-

Episcopus ne consecret, aut benedicat priusquam
diligenter inquirat, an eo consecrari, aut benedici
petantur, ut veniuntur. Quod si hujus rei causa
fit, ob incommoda, quæ inde oriri possent, evitanda;
consecratio, & benedictio hujusmodi concedenda
non est.

§. IX.

Episcopus nihil pro Ordinum collatione recipiat.

NIHIL quicquam pecuniæ, ac pretij Episcopi
accipiant, aut eorum Judices accipere permit-
tant, pro collatione Ordinum, Beneficiorum, Præ-
bendarum, Capellaniarum, aut earum institutione,
nec pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, nec
pro sigillo, aut alia quacumque de causa ad res hujus-
modi spectante, nec pro dispensationibus, quæ eis
committentur, ut est a Concilio Tridentino sanc-
tum, sub penis ab eo statutis.

§. X.

Officia ne vendat.

Maxime oportet Justitiæ officia benemeritis Per-
sonis conferri gratis, ut cum omni integri-
tate, & fidelitate exercentur: pretium enim, quo
emuntur, in causa esse solet, ut justo stipendio Offi-
ciales contenti non sint. Eam ob causam interdic-
tæ hæc Synodus, ne Episcopi vendant, aut locent offi-
cia Notarij, Fiscalis, Executoris, seu Licetoris suorum
Tribunalium: nec illi, quibus conferuntur, vendere,
locareve possint. Quod si secus fiat, venditiones, seu
locationes hujusmodi nullæ sint; emptor autem, &
cui locatum officium fuerit, ejus jacturam faciat,
Qq 2

Conc. Basiliens.
Sess. 21. in prin-
cipio rom. 4. Cf.
cil. & Tarracon.
Conc. in c. Logu
de offic. Vicarij,
& Compost. ad.
3. c. 8. & Lim.
3. ad. 3. c. 6. &
Milan. 4. tit. de
benefic. collat. ac
provisioe verbo
bo, ut avaritia.

Sess. 24. c. 14. &
Sess. 25. c. 18.

Compost. ad. 3.
c. 24. & Tolet.
ad. 2. c. 15. Lim.
3. ad. 3. cap. 8.
Conc. Milan. 5.
fol. 785. verbo de
emolumentis, &
Synod. de Ofima
tit. 52.

Sess. 22. cap. 10.

venditor vero, & locutor quidquid hujus rei causa pecuniarum acceperint, fabricæ Ecclesiæ Cathedralis restituat. Porro, ut quod per Concilium Tridentinum expositum est, executioni mandetur; Episcopi Notarios hoc tempore officium exercentes examinent, eisque idoneis minime reperitis, exercendi officij usum interdiciant, nemitemque in posterum Notarij officium, nisi de eorum consensu, & approbatione exercere permittant. Notarios vero latinæ linguæ ignaros, in causis latine scriptis, se interponere minime patiantur.

§. XI.

Papæ dispensationes per se ipsos Episcopi exequantur.

Dispensationes, quæ de jure ex commissione Summi Pontificis ad Episcopos pertinent, ipsi per se exequantur, nec eas suis Officialibus committant, idemque servetur in concedendis litteris dimissorijs ad Ordines, si Episcopi sint in Provincia.

§. XII.

Taxam unusquisque in sua Diocesi constituat pro Ministrorum mercede.

Quia æquum est, ut qui Altari deservit, de Altari pascatur: non æquum tamen si nullo constituto stipendio, quidquid pro ratione ministerij exigere velit, Ministri relinquatur arbitrio; hæc Synodus Episcopis mandat, ut cum nulla generalis regula terris adeo diversis præscribi possit, singuli, quo brevius fieri poterit, in suis Diocesis stipendium Ministris Ecclesiæ pro cujusque ratione ministerij, & regionis conditione ad victum congruum æqua æstimatione constituent.

§. XIII.

§. XIII.

Testes Synodales constituentur.

Frustra conderentur leges, si ijs observandis vigilans Cura non adhiberetur, & de earum observatione nulla ratio peteretur. Quare constitutionem Concilij Lateranensis, quæ incipit, *sicut olim*: hæc Synodus sequuta, decernit, ac præcipit, ut Episcopi per suas Dioceses Viros statuunt, Doctrina, & vitæ exemplo probatos, qui sollicite investigent, an, & quomodo Sacri Canones, & hujus Synodi Decreta serventur, & testium Synodali officio fungentes, prima futura Provinciali Synodo de sua diligentia, aut negligentia rationem reddant.

§. XIV.

Episcopus catalogum habeat Parochialium Ecclesiarum, & etiam Parochorum.

Singuli quoque Episcopi libros duos habeant, in quorum uno Parochiales Ecclesias omnes suarum Diocesium describant, Rectoresque earum annotent, etiam si per se ipsos, vel per Vicarios Parochijs ministrant, causam etiam, ob quam, qui Vicarios adhibent in Ecclesia non resident, aut ad residendum non fuerint compulsi: In altero vero libro visitationes scribantur per Episcopos, vel per Visitatores factas, quas ipsi, eorumque Notarij subscribant, ut in Provinciali Synodo constare possit, quas Ecclesias visiterint, quasve non. Hoc enim veluti stimulo excitabuntur Episcopi, & Visitatores ad ea implenda, quæ sibi ex munere incumbunt, aut si minus fecerint, de opportuno remedio providebitur.

Rr

§ XV.

Tx. in cap. Sicut olim de accusationibus, & in c. Episcopi in Synodo 35. q. 6. & Tolet. ad. 3. cap. 28. & Synod. de Quiroga ad fin. fol. 78. & 79. & Provin. ejusdem Quirog. ad. 3. c. 52. & Limen. 3. ad. 4. cap. 23. & Milan. 3. f. 604. verb. Episcopus in urbe sua. & 4. 3. p. tit. de testibus Synodalibus.

Codicem habeat, in quo visitationes scribat.

Conc. Limen. 3. ad. 4. cap. 15.

Conc. Limen. 3. ad. 4. cap. 15.

§. XV.

Sacratissima Eucharistia cultum zelent.

Etsi de omnibus, quæ ad cultum divinum pertinent, Episcopos sollicitos esse oportet, ut Ministri Ecclesiastici inuncto sibi muneri perfecte satisfaciant, in eam præcipue Curam incumbere admonentur, ut Sacerdotes Sanctissimam Eucharistiam venerentur, & colant, ad quam conficiendam, & omni cultu prosequendam Sacris fuerunt Ordinibus initiati; Quam ob causam curent Episcopi, ut in ipso Institutionis Sanctissimi hujus Sacramenti die; Feria videlicet quinta in Coena Domini, Sacerdotes aliqui una cum Secularibus eo tempore in Ecclesia commorari solitis, corpori Dominico assistant, quando vero Sanctissima Eucharistia ad infirmos ducitur, eam Sacerdotes superpelliceis induti devote comitentur, ut eorum exemplo, devotio Secularium ferventior sit, & ab omnibus Christo Domino verus honor, verusque cultus exhibeatur.

*Conc. Milan. 3.
fol. 590. verbo
Sacerdoti.*

§. XVI.

*Graviores causas sibi referent; ut sunt divortia,
& Matrimonia.*

Sicut oportuit in Ecclesia Dei gravissimorum quorundam peccatorum casus Episcopis reservari; ita conveniens est, ut in foro exteriori causæ graviores, & quæ majori indigent speculatione, & auctoritate eisdem quoque referentur. Quia vero matrimoniales causæ, ubi de divortio, & separatione quo ad Thorum, & vinculum agitur, in Populo Christiano gra-

*Conc. Trid. Sess.
14. c. 7. de ca-
suum reservat.*

*Conc. Trid. Sess.
24. c. 20. verb.
ad hoc.*

Episcoporum, & vitæ puritate. 149
gravissimæ sunt; de eis tantum Episcopos cognoscere posse, hæc Synodus statuit, ac jubet.

*Conc. Limenf. 3.
ad. 2. cap. 35.*

§. XVII.

Easque per se metipsos decident.

QUOD, si in aliquo casu Episcopis videatur, causam suis Officialibus, quo ad processum conficiendum submittant, decisione causæ sibi ipsis retenta. Quando vero ad hoc Officiales delegari contigerit, ipsi quemquam alium subdelegare non possint, præsertim ad testes examinandos, & eorum testimonia suscipienda.

§. XVIII.

Idoneos Viros deputent, quibus a Summo Pontifice causæ committantur.

Quoniam ob locorum distantiam notitia Personarum, quibus causæ mandantur a Summo Pontifice, plene haberi non potest, & ex hujusmodi delegatione causarum multa incommoda possunt oriri: Sacrosanctum Tridentinum Concilium renovans Bonifacij VIII. constitutionem, quæ incipit *Statutum*, decrevit, a Metropolitanis, & Diocesanis singulis, in suis Diocesis quatuor saltem Personas ad id aptas designari, quibus causæ delegandæ committantur, quam designationem Episcopi ad Summum Pontificem transmitterent; idcirco Episcopi omnes hujus Mexicanæ Provinciæ in Synodo Provinciali congregati, Personas hujusmodi deputarunt in hunc, qui sequitur, modum.

Sess. 25. cap. 10.

Tx. in cap. statutum de rescriptis lib. 6.

Ex Synod de Quirog. ad finem fol. 79.

PERSONÆ IN ARCHIEPISCOPATU

*Mexicano ab Illmo. Metropolitano designatæ.***D**octor Joannes Zurnero, Ecclesiæ Mexicanæ Archidiaconus.

Doctor Sancius Sancties de Muñon, ejusdem Ecclesiæ Scholasticus.

Baccalaureus Petrus Garcés, ejusdem Ecclesiæ Thesaurarius.

Baccalaureus Alfonso Lopez de Cardenas.

Doctor Melchior de la Cadena.

Baccalaureus Alfonso de Ecixa, Canon, ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ ARM. EPISCOPO GUATEMALENSI

*in suo Episcopatu designatæ.***P**etrus de Liebana, Decanus Ecclesiæ Guatemalensis.

Didacus de Carvajal, Archidiaconus ejusdem Ecclesiæ.

Licenciatus Franciscus Gonzalez, Scholasticus ejusdem Ecclesiæ.

Baccalaureus Gundifalvus de Alarcon, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ ARM. MECOACANENSI

*in suo Episcopatu deputatæ.***L**icenciatus Alfonso de la Mota, & de Escovar, Decanus Ecclesiæ Mechoacanensis.

Baccalaureus Didacus de Orduño, Scholasticus ejusdem Ecclesiæ.

Doctor Alfonso Ruiz, Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

PER.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU

*a Rmo. Episcopo Tlaxcallensi.***T**homas de la Plaza, Decanus Ecclesiæ Tlaxcallensis.

Baccalaureus Ferdinandus Pacheco, Archidiaconus ejusdem Ecclesiæ.

Baccalaureus Alfonso Perez de Andrada, Cantor ejusdem Ecclesiæ.

Franciscus de Beteta, Scholasticus ejusdem Ecclesiæ.

Doctor Joannes de Cervantes, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

Baccalaureus Garcia Rodriguez Maldonado, Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU

*a Rmo. Episcopo Yucatanensi.***B**accalaureus Franciscus de Quintana, Archidiaconus Yucatanensis.

Leonardus Gonzalez de Sequera, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU

*a Rmo. Episcopo Xaliscoensi.***L**icenciatus Martinus de Spes, Decanus Ecclesiæ Xaliscoensis.

Licenciatus Franciscus de Segura, Cantor ejusdem Ecclesiæ.

Franciscus de Morales, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

Licenciatus Melchior Gomez de Soria, Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

Ss

PER.

te, pro vitæ exemplo, & ut uno verbo omnia, qua sanctitate præluceat debeat in Ecclesia Dei, eam ob causam Dominus præcipiebat strictam cum Mitra vitta hyacinthina Laminam Sacræ venerationis de auro purissimo, in qua gemmario opere Sanctum Domini esset nomen inscriptum, a summo Sacerdote fronte gestandam, quo adeo sanctitate præstantes oportere esse Episcopos significaretur, & eandem fronte descriptam alijs ad imitandum proponeret.

Exodi 28.

§. II.

Sic vitam instituant, ut decet Apostolorum Successores.

ID igitur perpensens optime Mexicana hæc Provincialis Synodus, toto quo potest conatu, Episcopos in Domino cohortatur, ut dignitatis suæ semper memores, sic vitam instituant, ut decet Ministros Christi, & Successores Apostolorum: ad quorum exemplum inardentes, salutis animarum zelo se componentes, assidue Deum pro ovibus deprecantur, eos verbi Dei prædicatione pascant, & tanquam Angeli custodes Populo sibi commisso invigilent, eique prospiciant, ac denique veluti boni Pastores ea, quam majorem nemo habet, charitate sint accenti, ut animam suam pro ovibus ponant. Quod humeris etiam Angelicis formidandum onus, & humanis omnino impar, quia proprijs viribus sustinere non possunt, a Deo petant auxilium, & orationi frequenter vacent, statutis sibi horis, ut mente illuminentur, & ad Dei honorem, Populique salutem dirigantur.

Conc. Milan. 4.
p. iii. de Episcop. f. 665. Verbo in oratione.

Conc. Milan. 4.
p. iii. de Episcop. f. 665. Verbo in oratione.

SED, ut ex frequenti orationis usu ad munus, quo funguntur, obeundum salutare fructus percipiant, unius horæ spatium singulis diebus orationi impendere monentur, in quo alta mentis contemplatione perpendant, quid pro animarum salute Christus summus Pastor effecerit, quidve perpessus fuerit, ut hæc consideratione excitati spirituale animarum commodum ardentiori zelo ambulent, & quo ad id opus est divinæ gratiæ auxilium vehementius implorent hæc, & singulis quoque noctibus, illius Apostoli sententiæ memores: *Si nos ipsos iudicaverimus, non utique iudicabimur*, per aliquod temporis intervallum conscientias proprias diligenti examine perferantur, & quicquid eo die deliquerint, quicquid negligenter omiserint pro peccatis subditorum abolendis, gravi dolore desleant, & emendent, sic enim iram Dei in die tremendi Iudicij fugient, qua sanguis perentium ovium de manu Pastorum negligentium requirendus est.

§. IV.

Confessarium sibi deligant, & qualem?

UT Episcopus vitæ sanctitate, & morum integritate roboratus consistat, Populoque in hac re maxime satisfaciat, confessarium Sacerdotem sibi deligat ætate gravem, vita probatum, Doctrina insignem, per quem Deus Omnipotens in rerum difficultatibus, suo lumine Episcopum illustret, & dirigat ad ea, quæ divinæ suæ gloriæ, Populique edificationi magis sint consentanea.

Oo

DE

Conc. Trid. Sess. 24. c. 11.
D. Paulus 1.
Corinth. c. 11.

Conc. Milan. 4.
di. f. 665. Verbo confessarium.

Didum Conc. 4.
Milan. d. f. 665.
Verbo confessar.

Conc. Trid. Sess. 24. c. 11.
D. Paulus 1.
Corinth. c. 11.

Deo rationem reddituri, si in pascendo grege minus solliciti egerint. Quam obrem tanquam servi fideles ministerium impleant, petentibusque, & indigentibus spiritualem cibum ne denegent, sed ita se gerant, ne incuria, aut negligentia, administratio Sacramentorum omitatur.

§. II.

Celeriter ægrotos, cum ad eos vocantur, visitent.

VOcati ad alicujus infirmi peccata audienda, eo sine mora festinent, scientes ægroti salutem spiritualem a proprio eorum adventu pendere posse. Quoties vero secus fecerint, pondo quinquaginta mulctentur, fabricæ Ecclesiæ, pauperibus, & accusatori æque distribuendis, & ab officio, ac beneficio per bimestre suspensi sint. Si vero quilibet alius Sacerdos, absente Parocho, in casu necessitatis ad audiendum peccata vocatus ire recusaverit, Episcopi arbitratu puniatur. Quod si Parochus, aut Sacerdos hujusmodi ægroti Idioma non noverit, interpretem adhibeat, ut ægrotum mærentem consoletur, & exhortetur; postquam autem ægrotus admonitus fuerit, se ad id non teneri, valde tamen animæ salutis utile esse, tamen per interpretem peccata sua confiteri voluerit, & interpretis spectatæ Fidei sit, ea Sacerdos audire poterit. Curati quoque omnes subditis suis in mortis articulo constitutis assistant, eosque exhortentur, ad formam in Catechismo ab hac Synodo probato contentam.

§. III.

De confessione qua per interpretem fit.

Vide supra lib. 1. tit. 1. §. 10. & 11.

§. III. *Indos instruant, & mancipia de effectibus Sacratissime Eucharistiæ ad eandemque percipiendam disponant.*

CUM Sanctissimæ Eucharistiæ, quæ cibus, & vita animæ est, ac peregrinantium in hoc seculo fortitudo, jam usque a renascente Ecclesia cum fructu animarum uberrimo frequens sit usus, cumque optet Sacrosancta Tridentina Synodus, ut in singulis Misis Fideles astantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicent; quorundam nihilominus adeo imprudens zelus est, ut Indos, & servos, qui tanquam parvuli recens in Christiana Fide pati, tam salutari indigent alimento, ab Eucharistiæ perceptione arcere velint. Quam obrem Parochos omnes hæc Synodus hortatur, eisque jubet, ut Indos, ac servos hujusmodi accurate edoceant vim, & rationem tanti Sacramenti, puritatem quoque conscientiæ, & animi reverentiam, quibus digne se præparent ad Eucharistiæ sumptionem. Quos vero hac animi præparatione dispositos noverint, eis (præsertim si infirmi sint) nullatenus Eucharistiam denegari patiantur, ne sine tanto Viatico, & sine Extremæ-Unionis Sacramento, ut est titulo de Sacra Unctione sancitum, ex hac vita discedant.

DE VIGILANTIA, ET CURA CIRCA SUBDITOS, PRÆSERTIM IN SACRAMENTORUM RECEPTIONE.

§. I. *Parochi Indicem Paroecianorum singulis annis conficiant.*

UT Parochi Seculares, & Regulares ovium vulgum cognoscant, & utriusque sexus Fideles si-

Supr. lib. 1. tit. 6. §. 3.

Tt

Mexic. 1. c. 6.
& 7.

De materia hujus §. cum seq. loquitur Guad. tit. 2. c. 25. 32. 33. 34. & 35. Syn. de Quirog. const. 11. & Gran. tit. de penitentijs, & remission. n. 20. 21. 22. & 23. Mex. 1. c. 6. & Mex. 2. cap. 4. Conc. Milan. 5. tit. quæ ad Sacrament. Penitentia pertinent in principio.

bi commissi, in sua quique Parochia, statutis ab Ecclesia temporibus peccata confiteantur, & Eucharistiæ Sacramentum suscipiant, Parochiales suos utriusque sexus, Hispanos, Mixtos, Ætiopes, & ex altero parente Ætiopæ ortos, & Indos, decem annorum ætate majores, conjugatos, & cælibes suis nominibus indice describant, exprimendo familiæ capita, virum, & uxorem, filios, famulos, servos, necnon Pastorum, Agricolarum, & aliorum in agris commorantium, sibi subditorum, in eodem indice mentionem faciant, ut de Personarum numero, quarum peccata audire debent, Parochis hoc modo constet. Indices vero hujusmodi singulo quoque anno conficiant a principio Quadragesimæ in Hispanorum locis; a Septuagesima autem, vel antea (si Episcopo visum fuerit) in oppidis, seu pagis Indorum.

§. II.

Monitum quoddam circa confessiones, quæ fiunt in Quadragesima.

Moneant quoque Parochi a Dominica Septuagesimæ Parochiales sibi subditos, ne usque ad Quadragesimæ finem peccatorum confessionem differant: sed potius ita se ad eam præparent, ut ante majorem hebdomadam peccata confessi, tempore ab Ecclesia præfinito, Sacrosanctam Eucharistiam percipiant.

§. III.

Denuntiatio faciendâ ijs, qui statuto tempore non communicant.

Parochi Hispanorum, Dominica Quasimodo inter Missarum sollempnia, tempore Offertorii publi-

blice in sua cuique Parochia denuntient Hispanos omnes, Mixtos, Ætiopes, & ex altero parente Ætiopæ natos, qui nondum eo tempore peccata confessi sunt, nec Eucharistiam sumpserunt, Ecclesiæ præceptum transgressos fuisse, & gravem in Deum offensam commississe. Ad cujus culpæ emendationem eos moneant, quatenus præfinito tempore usque ad Dominicam sequentem inclusive peccata confiteantur, & Eucharistiam sumant, sub pena Excommunicationis latæ sententiæ, quam omnes (servis exceptis) incurrant.

§. IV.

Quando, & quomodo a Communione Fidelium revocandi.

QUI vero sic denunciati, tempore præfinito confiteri peccata, & Eucharistiam sumere neglexerint, sequenti festo, vel Dominica publici declarentur excommunicati, & a Divinis arceantur Officijs, nisi de Confessarij consilio ad Eucharistiam non accesserint, sic autem excommunicati, ab alio, quam a proprio Parocho absolvi non possint. Hispani vero, & Mixti, priusquam absolvantur, pondo uno mulctentur; Ætiopes autem, seu ex altero parente Ætiopæ editi jam liberi, pondo dimidio, ad usus fabricæ Ecclesiæ, cujus fuerint Parochiales, pro servis vero pondo dimidium Heri persolvant, eo quod negligenter servos ad peccatorum confessionem monuerint. Quas quidem multas Parochi non recipiant, sed ipsis præsentibus, in arca recondantur, ad effectum hujusmodi in qualibet Ecclesia deputanda.

Guad. tit. 2.
const. 33.

Limenf. 3. ad 4.
cap. 7.

Multa ipsi imponenda.

§. V.

Excommunicationis aggravatio.

CUM publice excommunicatis hæc ratio habeatur, ut, si quarta Dominica post Resurrectionem, emendati non paruerint, cum participantibus excommunicentur. Si vero Dominica quinta adhuc peccata confessi non sint, nec Eucharistiam susceperint, anathemate feriuntur. Quibus sic gestis, indices, sive libellos suos Parochi clausos deferant, aut per providam Personam adeo opportune ad Officiales Episcoporum transmittant, ut ad diem Pentecostes prædictis Officialibus tradantur, sin minus pondo decem mulctentur fabricæ Ecclesiæ, cujus Parochi fuerint, & pijs operibus æque distribuendis. Cum autem servi Decreti hujus Censuras non incurrant, decernitur, ut pœna pecuniaria heris imposita augeatur juxta servorum retardationem in peccatis consistendis. Si vero (quod absit) aliqui ex hujusmodi excommunicatis, adeo pertinaces, & obstinati sint, ut nondum in die Pentecostes Ecclesiæ præceptum adimpleverint, eorum absolutio Ordinariò reservetur, qui eos absolvendi facultatem nulli tribuat, ut ipsi verecundia confusi, iterum non delinquant, & alij metu pœnæ cautiore evadant.

§. VI.

Quid ab Indorum Parochis faciendum circa Catalogos eorumdem.

Indorum etiam Parochi, tam Seculares, quam Regulares, Dominica *Quasimodo* eos admonent, teneri semel in anno peccata sua confiteri, quos vero repererint, eo tempore non satisfecisse præcepto,

Excommunicatorum Cathalogus ad Episcopum mittatur.

Episcopum Excommunicat. reservo.

§. VII.

Rectoris, & Plebani graviter reprehendant, cuique tempus ad confitendum præstent. Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur. Ad Dominicam autem Pentecostes Officiali Episcopi Indices, seu libellos mittant, quibus describantur eorum, qui confessi sunt, ingeniam, & Christiani mores, & hi etiam, qui sumunt Eucharistiam, necnon illi, qui peccata confessi non sunt, quod Parochi exequantur, sub pœna pondo decem, ad Ecclesiæ fabricam, & pios usus.

Parochi Orationi vacent, Missæque, & Vesperas celebrent.

PRO Populo sibi commissio Orationes, & Sacrificia Deo offerre Parochi debent, ob idque hæc Synodus decernit, ut omnibus diebus Dominicis, & Festis colendis Missam de Officio occurrenti celebrent, necnon primas, & secundas Vesperas sollemniter cantent, quibus quoties ipsimet non interfint, pondo unum ad fabricæ Ecclesiæ usum persolvant.

§. VIII.

Festa, atque jejunia annuntient.

Omnibus diebus Dominicis, inter Missarum sollemnia tempore Offertorii subditis annuntient Festa colenda, ac dies junij ex præcepto, quæ in sequentem hebdomadam inciderint, sub pœna pondo quatuor, accusatori, & pijs operibus distribuendis; vigiliis etiam Beate MARIE Virginis, quæ non sunt jejunii, dies itidem rogationum evulgent, monentque subditos, ut his diebus jejunandi, & ab esu carniurn abstinendi, laudabilem fidelium consuetudinem

Lu

Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur.

Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur.

Mix. l. c. 37. & Milan. 3. tit. de Parochis verbo Dominicis diebus.

Juxta Conc. Aurelianense l. c. 29 tom. 2. Concilior. gener. refertur in c. Ro-

di

gationes de consecratione. dist. 3. & vide infra lib. 3. tit. 21. §. 3.

dinem servent, prout titulo de observatione jejuniorum decretum est, necnon Indulgentias, ob id sibi concessas, eidem notas faciant.

Singulis hebdomadis Eucharistiam renovent.

Ex Granat. tit. de Offic. Redor.

Singulis octo diebus Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum renovent, consecrantes Hostiam eod die, vel pridie ejus diei confectam; corporalia singulis quindecim diebus lavare curent, quæ, cum ad lavandum dederint, attente respiciant, ne Particula ulla in eis remaneat; Purificatoria itidem singulis quoque octo diebus mudentur. Quoties autem in aliquo horum negligenter egerint, pondo quatuor mulctentur, sumptibus lampadis, coram Domini Corporis Sacramento ardentis, applicandis.

§. X.

Parochorum Cura circa Baptisterium.

Sess. 24. c. 2. de reform. Matrim. & infra tit. de Baptismo §. 5.

Parochi juxta Concilij Tridentini Decretum, antequam ad conferendum Baptismum accedant, diligenter ab his, ad quos spectavit, sciscitentur, quem vel quos elegerint, ut baptizatum de Sacro Fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittant, doceantque eos, quam cognationem contraxerint, atque solum eorum nomina in libro describant, quamvis alij, ultra designatos, baptizatum tetigerint.

§. XI.

Parochi Libros habeant, in quibus Baptizatorum, Confirmatorum, Conjugatorum, & Defunctorum nomina scribantur.

AD vitanda incommoda, quæ labente tempore ex rerum oblivione nascuntur, in Sacramentis præsertim iterandis, & Matrimonij ex cognationis ignorantia in gradibus prohibitis contrahendis, mandat hæc Synodus, ut Parochi singuli tres libros habeant, in quorum uno baptizatorum, eorumque parentum, & compatrum, baptizantis quoque nomina describant; in secundi vero libri parte una eos, qui Matrimonium contraxerunt, parentes quoque eorum, & patriam, testes etiam Matrimonio assistentes annotent, ac suo proprio nomine muniant; in altera vero parte defunctorum nomina, cum die, mense, anno, & Ecclesia, in qua sepulti sunt, scribant; in tertio denique libro, eorum qui Sancto Chrismate deliniti sunt, parentum quoque, compatrum, ac confirmantis nomina apponantur; hi porro libri ad formam ab Episcopo præscriptam asserventur, quibus, & in eis scriptis, ac Parochi nomine subscriptis, tam in judicio, quam extra, fides adhibeatur.

§. XII.

Extraneos ne Matrimonio jungant Parochi, nisi de Episcopi licentia.

Nullum extraneum Matrimonio jungant, si prius per diligentem Inquisitionem non constet, cum nullo legitimo teneri impedimento, ac præterea ab Episcopo contrahendi facultatem in scriptis

*Tx. in cap. exigis
de censibus lib. 6.
c. 1. & 2. in tit.
de. 2. in tit. 3.
c. 1. & 2. in tit. 4.
c. 1. in tit. 5.
c. 1. in tit. 6.
c. 1. in tit. 7.*

neralis Lugdunensis, quæ incipit, *exigit*, necnon alijs pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi sine exceptione mulcentur, ne integritas, quæ in visitatione servari debet, ullatenus detrimentum accipiat.

§. III.

Parochi Regulares visitentur.

*Conc. Trid. Sess.
25. c. 11. de Re-
gularibus.*

*Cedula Real de
S. M. de Barcelo-
na 1. de Junio
de 1585.*

Sess. 25. cap. 14.

Visitent Episcopi Ecclesias, & quas Doctrinas vocant, seu conditiones, ubi Religiosi comorantur, ibique Eucharistiæ Sacramentum, Fontem Baptismalem, fabricam Ecclesiæ, & Elæmosinas Ecclesiæ erogatas, ac reliqua omnia, ad Ecclesias, & Divinum Cultum spectantia; quoad visitationem vero fabricæ Ecclesiæ, illæ domus intelliguntur exceptæ, quæ ab ipsis regularibus proprijs sumptibus sunt ædificatæ. Visitent etiam Religiosos in prædictis Doctrinis, seu conditionibus degentes, quoad animarum Curam, quam exercent, eosque paterno zelo corrigant, eorum honori, & bonæ famæ prospiciant, atque id omne præstent, quoad effectum hujusmodi necessarium sit, juxta Decretum Sacrosancti Concilij Tridentini, ut in titulo de Regularibus mentio fit.

§. IV.

Singulis triennijs Vicarij, & alij Officiales visitentur.

*Fundatur in le-
ge 4. tit. 7. lib.
3. recopilas. &
Conc. Compostel.
ad. 3. cap. 19. &
Tolet. ad. 2. cap.
17. Syn. de Qui-
roga const. 113.*

Ut in omnibus Ecclesiasticis Tribunalibus pure, recteque agatur, Metropolitanus, ceterique Episcopi per se, vel per deputatam Personam, saltim quolibet triennio, Officiales, Vicarios, Visitatores, Fiscales, Notarios, aliosque Justitiæ Ministros visitent, ab eisque gravamina illata resarciant, ac pro-

qua-

qualitate criminum, usque ad officij privationem eisdem puniant. Si vero horum aliquis ex quacumque causa ante triennium officium dimittere debeat, per dies triginta inquiratur, & officium eo tempore non exerceat. Quando autem per Episcopi obitum officia vacaverint, ab alio Officiales ne inquirantur, quam ab Episcopi Successore, præstitis Sede-vacante fideiussoribus, de ratione officiorum postea reddenda, & de stando rei judicata.

§. V.

In visitatione Cultui Divino, & Ecclesiarum decori sedulo studeant.

In visitatione Episcopi accurate provideant, ut Ecclesiæ eo cultu teneantur, qui decet domum Dei; si quas vero Ecclesias eo, quo oportet cultu, sine gravi indigenarum molestia teneri non posse, easque minime necessarias imo supervacaneas repererint, de juri jubeant, quæ autem necessaria judicabuntur reparari faciant, & convenienti cultu ornari. Facultatem denuo ædificandi Ecclesias, aut Heremitoria sine urgenti causa ne concedant: Si vero facultas detur, curent, ut Ecclesiæ, & Heremitoria hujusmodi in situ, & loco impartientiæ Doctrinæ Indis magis commodo, quam Ministrorum commodatibus opportuno, juxta Regiæ Majestatis schedam erigantur.

§. VI.

Singulis mensibus carceris visitationem faciant.

Singulis quoque mensibus semel Episcopi visitent carceres Ecclesiasticos, & in eis inclusos, dent

*& Prov. ejusdem
Quirog. ad. 3. c.
1. & Milan. 3.
fol. 604. verbo
quodannis.
Conc. Tolet. ad.
2. cap. 17. verbo
sed si predicto-
rum, & approba-
tur in Conc. Pro-
vinciali celebra-
to ab eodem Qui-
roga ad. 3. De-
creto 1.*

*Mex. 1. cap. 35.
cum §. 1.*

*Mex. 1. c. 68. &
Compost. ad. 3. c.
2. & Tolet. ad.*

Qq

que

DE CURA SUBDITORUM, ET PROPRIÆ

FAMILIÆ.

§. I.

Faciles sint, & subditos austeritate ne deterreant.

Episcopi, ut Pastorale Officium postulat, benigni, ac mansueti sint, languoribusque sanandis, ac pauperum miserijs sublevandis, cum omni pio, ac paterno zelo, prospiciant, talesque sese præbeant, ut subditorum molestias in omni patientia supportantes, eis aditum faciant, ne hæreant trepidi, sed cum omni fiducia ad Episcopos confugiant, ab eisque in labore solatium, in paupertate auxilium, in morbo medicinam petant.

§. II.

Parochos consulant singulis hebdomadis.

Parochos singulis hebdomadis ad se vocent, ab eisque sciscitentur de subditorum statu, de temporalibus, & spiritualibus Populi ærumnis, de remedio peccatis publicis adhibendo, ut ijs omnibus accurate succurrant.

§. III.

Delectus, & cura familiarium.

Quoniam, qui domum suam gerere nescit, ex sententia Apostoli, nec Ecclesiam Dei recte gubernabit; hæc Synodus Episcopos monet, ut non solum ipsi vitæ exemplo subditos ædificent, sed eos etiam familiares sibi deligant, qui honestate vitæ, & morum integritate comprobentur: ne si Populo scandalo sint, Episcopi ministerium vituperetur. Oneri suo

suo Episcopi satisfaciunt, si Concilij Tridentini Decreta, in quorum executione Cleri, Populique Christiani reformatio consistit, assidue legant, attente meditentur, diligenter exequantur.

DE DOCTRINÆ CURA.

§. I.

Prædicationis Cura.

Præcipua Episcoporum Cura in docendo Populum Evangelium Dei sita esse debet, atque quod jam titulo de Summa Trinitate, & Fide Catholica decretum est, ad eam rem maxime incumbant, oportet, ut Parochi, & Ecclesiastici viri sua munera, & ministeria in hoc adimpleant, quo subditi, præsertim rudes, salutari verbi Dei Doctrina pascantur. Si vero (quod absit) prædicator errores, aut scandala in Populum disseminaverit, etiam si regularis sit, ei Episcopus Autoritatem Concilij Tridentini sequutus prædicationem interdicit.

§. II.

Aliqua decernuntur circa Seminaria.

Volens Tridentina Synodus doctis, beneque instructis Ministris adhibitis Populum Christianum omni salutari doctrina abundare, decrevit, ut in singulis Diocæsis Collegium erigeretur, ubi pueri religiose educarentur, & omnibus Ecclesiasticis disciplinis imbuerentur, ita ut Collegium hoc Ministrorum Dei perpetuum esset Seminarium. Quod cum ob rerum incommoditatem, in hac Provincia sortiri effectum hæcenus non potuerit, ne tam san-

Oo 2

ctum

Conc. Trid. Sess. 24. c. 4. supra lib. 1. tit. 1. §. 2.

Curet Episcopus, ut a Parochis Dei verbum annuntietur.

Sess. 7. cap. 2.

Sess. 23. cap. 18.

Conc. Limenf. 3. ad. 2. c. 44. & Milan. 5. tit. de Semin. a. f. 759.

Ipsaq; Sancti Carolus Borromeus Archiepiscopi Mediolani, pie, & sancte docet in adibus sua Ecclesia tom. 2. p. 5. adnotum fol. 947.

etum opus (& in his partibus, ubi mensis quidem multa est, sed operarii pauci) maxime necessarium, labente tempore oblivioni traderet; hæc Synodus statuit, ut Episcopi, quo citius fieri possit, Concilij Decretum exequentes, pro cujusque Diocesis facultate Seminarijs hujusmodi instituendis, eam operam navent, ut semel instituta permanent.

§. III.

Curent Episcopi, ut tradatur moralis disciplina: cunctosque Clericos compellant, ut eidem intersint.

NE desit numerus confessoriorum, qui scientia periti sint, & in administratione Sacramentorum versati, atque ut errores, & damna, quæ ex Ministrorum ignorantia sæpe proveniunt, vitentur, statuit, ac præcipit hæc Synodus, ut in ea Diocesi, ubi conscientiarum casus, & Sacramenta nullis legendo interpretatur, aliquem ad id Episcopi constituent, & ubi jam constitutus est, ut in eo munere perseveret, procurent. Clericos vero omnes ibi residentes compellant; nisi in Theologia, vel Decretis gradum obtineant, & Episcopo probati sint, ut hos audiant Magistros, quod si audire neglexerint, neque ad Ordines, neque ad Beneficium neque ad Sacramentorum administrationem recipiantur.

§. IV.

Qui confessionibus audiendis deputantur, severe examinentur.

Sacerdotum, Ministrorumque Ecclesiarum ignorantiam ex eo oriri certum est, quod in his exami-

nan-

Episcoporum, & vita puritate.

nandis Episcopi negligenter agant. Quare ad præscriptum Concilij Tridentini jubentur, ne quemquam, sive Secularem, sive Regularem sine diligenti examine, regulis hujus Synodi servatis, ad Ordines recipiant, neque ad audiendum confessiones secularium, etiam si Sacerdotes sint, nisi præcedenti examine juxta dictas regulas idoneus repertus ab Episcopo facultatem obtineat. Hanc autem facultatem Episcopi caute concedant, eorum sufficientia ponderata, de quibus periculum fecerunt ad certos personarum status eum limitantes. Semel autem examinati, & probati ad confessiones audiendas, ab eodem Episcopo non examinentur, nisi nova causa supervenerit.

§. V.

Indorum Parochis terminus præfigitur sex mensium, ut eorum Idioma addiscant sub pena vacationis officij ipso factio.

Condolendum sit valde, de quorundam negligentia Sacerdotum, qui, quamvis ex officio Christianis documentis Indos instruere, teneantur, subditorum linguam ediscere negligunt, sine qua Fidei Christianæ Mysteria, nec vim Sacramentorum animæ salutem docere possunt. Hæc Synodus Episcopos monet, ac si opus est, eisdem mandat, ut intra sex menses ab horum decretorum publicatione computandos, Clericos in regionibus Indorum beneficia cum onere obtinentes, in materna earundem regionum lingua examinent, & quos repererint linguæ hujusmodi ignaros, sex mensium spatio præfinito, ad discendam linguam compellant, admonentes eos,

Pp

qua-

Sess. 23. cap. 18. & 15.

quatenus elapso termino, si linguam hujusmodi non didicerint, beneficium, quod obtinent, ipso facto vacabit, & alteri de eo fiet provisio. Quod si ob nimiam idiomatis obscuritatem, vel ob aliam justam causam id fieri non licuerit, possit tunc Episcopus alios sex menses peremptorie præscribere, omni tpe amplius prorogandi femota, in quo, & in Regula decima octava Cancellariæ Apostolicæ adimplenda conscientia Episcoporum onerantur.

Tx. in cap. quoniam in plerisque de Offic. Ordinarij, & reg. 20. Cancellariæ.

§. VI.

Non nimis facile licentia Indorum Ministris concedatur, ut a Parochia absint.

NE Indorum instructio unquam intermittatur, Ministris Ecclesiasticis Indorum exeundi a suis regionibus, nisi ex urgente causa, facultatem Episcopi non concedant. Quando vero alicui concesserint, in ejus absentia idoneum Sacerdotem sufficientem.

Facit Conc. Li. mens. 3. art. 2. cap. 41.

DE VISITATIONE PROPRIÆ PROVINCIÆ.

§. I.

Visitatio singulis annis, aut biennijs ab Episcopo fiat, vel eodem impedito, a Visitatore.

NIHIL est ad salutem gregis accommodatius, quam præsentia Pastoris, sed quia universam Diocesim oculis perlustrare, eique omni Episcopus assistere non potest, visitatio Ordinaria adhibenda est. Quam obrem juxta Concilij Tridentini Decreta hæc Synodus statuit, ut Episcopi quotannis, vel saltem singulis biennijs, propriam Diœ-

Sess. 24. cap. 2. de reformat. 2.

cesim per se ipsos visitent; aut si legitime impedian- tur, Visitatores deligant sapientia, & vitæ exemplo probatos, ab omni cupiditate alienos, ac depique tales, a quibus Cleri, Populique reformatio, & executio formulæ, titulo de Visitatoribus ab hac Synodo præscriptæ, in omnibus speranda sit.

Mex. 1. c. 52. Milan. 1. tit. de Visitations, & Tolet. ad. 2. c. 2. & Limen. 3. ad. 4. c. 1. 2. & 4. & Conc. Milan. 4. 3. p. III. de Visi.

§. II.

Modestia in Visitations servanda.

AD morum emendationem, non minoris utilitatis est, temperantiæ, ac modestiæ Christianæ exemplo subditos ædificare, quam de eorum delictis inquirere, eademque corrigere; quod ut sibi animo proponant, dum Episcopi suas Dioceses visitant, hæc Synodus vehementer exoptat; quam obrem Autoritate Concilij Tridentini suffulta Episcopis mandat, ne cum suam Diocesim visitaverint, inutilibus sumptibus, cuiquam graves, onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorū quicquam procurationis causa, pro visitatione etiam testamentorum, ad pios usus præter id, quod ex relictis pijs jure debetur, aut alio quovis nomine; nec pecuniam, neque munus quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili; exceptis tamen vitalibus, quæ sibi, & suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra erunt ministranda. Quod si quisquam (quod absit) aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumperit, is, præter dupli restitutionem intra mensem faciendam, alijs etiam pœnis juxta Constitutionem Concilij ge-

Conc. Trident. Sess. 24. c. 3. de reformat.

Nemini graves sint.

Nihil exigant.

te, pro vitæ exemplo, & ut uno verbo omnia, qua sanctitate præluceat debeat in Ecclesia Dei, eam ob causam Dominus præcipiebat strictam cum Mitra vitta hyacinthina Laminam Sacræ venerationis de auro purissimo, in qua gemmario opere Sanctum Domini esset nomen inscriptum, a summo Sacerdote fronte gestandam, quo adeo sanctitate præstantes oportere esse Episcopos significaretur, & eandem fronte descriptam alijs ad imitandum proponerent.

Exodi 28.

§. II.

Sic vitam instituant, ut decet Apostolorum Successores.

ID igitur perpensens optime Mexicana hæc Provincialis Synodus, toto quo potest conatu, Episcopos in Domino cohortatur, ut dignitatis suæ semper memores, sic vitam instituant, ut decet Ministros Christi, & Successores Apostolorum: ad quorum exemplum inardentes, salutis animarum zelo se componentes, assidue Deum pro ovibus deprecantur, eos verbi Dei prædicatione pascant, & tanquam Angeli custodes Populo sibi commissio invigilent, eique prospiciant, ac denique veluti boni Pastores ea, quam majorem nemo habet, charitate sint accenti, ut animam suam pro ovibus ponant. Quod humeris etiam Angelicis formidandum onus, & humanis omnino impar, quia proprijs viribus sustinere non possunt, a Deo petant auxilium, & orationi frequenter vacent, statutis sibi horis, ut mente illuminentur, & ad Dei honorem, Populique salutem dirigantur.

Conc. Milan. 4.
p. iii. de Episcop. f. 665. Verbo in oratione.

Conc. Milan. 4.
p. iii. de Episcop. f. 665. Verbo in oratione.

§. III.

Quotidie orationi vacent.

SED, ut ex frequenti orationis usu ad munus, quo funguntur, obeundum salutare fructus percipiant, unius horæ spatium singulis diebus orationi impendere monentur, in quo alta mentis contemplatione perpendant, quid pro animarum salute Christus summus Pastor effecerit, quidve perpessus fuerit, ut hæc consideratione excitati spirituale animarum commodum ardentiori zelo ambulent, & quo ad id opus est divinæ gratiæ auxilium vehementius implorent hæc, & singulis quoque noctibus, illius Apostoli sententiæ memores: *Si nos ipsos iudicaverimus, non utique iudicabimur*, per aliquod temporis intervallum conscientias proprias diligenti examine perferantur, & quicquid eo die deliquerint, quicquid negligenter omiserint pro peccatis subditorum abolendis, gravi dolore desinant, & emendent, sic enim iram Dei in die tremendi Judicij fugient, qua sanguis perentium ovium de manu Pastorum negligentium requirendus est.

§. IV.

Confessarium sibi deligant, & qualem?

UT Episcopus vitæ sanctitate, & morum integritate roboratus consistat, Populoque in hac re maxime satisfaciat, confessarium Sacerdotem sibi deligat ætate gravem, vita probatum, Doctrina insignem, per quem Deus Omnipotens in rerum difficultatibus, suo lumine Episcopum illustret, & dirigat ad ea, quæ divinæ suæ gloriæ, Populique edificationi magis sint consentanea.

Oo

DE

DE CURA SUBDITI ET PROPRIÆ

Conc. Trid. Sess. 24. c. 1. §. 1.

D. Paulus 1. Corinth. c. 11.

Conc. Milan. 4. d. 665. Verbo confessarium.

Didum Conc. 4. Milan. d. f. 665. Verbo confessar.

Conc. Trid. Sess. 24. c. 1. §. 1.

2. c. 3. & Gran.
tit. de Offic. Re-
toris n. 22. &
Milanens. fol.
604. verbo Epi-
scop. non solum.

Sess. 25. in De-
creto de Purga-
torio, tit. de in-
vocatione, & ve-
neratione, & Re-
liquijs Sancto-
rum.
Limenf. 3. ad.
4. c. 10. Compos.
ad. 2. Decret. 6.
& Milan. 1. tit.
de Sancto-
rum Reliquiarum vene-
ratione, & Mi-
lan. 4. tit. de Sa-
cris Reliquijs.

Brevia Indul-
gentiarum inspi-
ciant.

Tabella Indul-
gentiarum nus-
quam appenda-
tur, nisi ab Epi-
scop. subscripta,
aut a Vic. Gener.

Mex. 1. c. 36. &
Synod. de Qui-
roga const. 66.

que operam, ut capti, qui, vel Ecclesiastico, vel Se-
culari carcere detinentur, Missam, & quandoque ver-
bi Dei prædicationem audiant.

§. VII.

Sacras Reliquias examinent.

AD tollendos abusus, & extirpandas superstitiones,
quæ imprudenti quorundam pietate erga Sæcto-
rum Reliquias, & Indulgentias irreperere solent, Epi-
scopi Concilij Tridentini Decretum exequentes, quam
primum Sanctorum Reliquias, quas in sua Diocesi
compererint, tam in Ecclesijs, & Monasterijs, quam
in potestate particularium Personarum cujuscumque
status, & conditionis, examinent, & recognoscant.
Quæ, si authentico testimonio non probentur, defer-
ri, aut in loco publico venerandas proponi, nullate-
nus permittant. De Indulgentijs etiam injungitur, ne
scilicet eas publicari consentiant, nisi Litteris Apo-
stolicis, aut earum testimonijs optime discussis, au-
thenticisque repertis. Solet enim fidelibus esse occa-
sio, ut eorum devotio erga authenticas, & veritatis
testimonio comprobatas Reliquias, aut Indulgentias
tepefeat, si eæ, quæ authentico testimonio carent, in
veneratione habentur, ac frequentantur. Deinceps
autem Indulgentiarum tabellæ, nisi ab Episcopo, si-
ve ejus Officiali subscriptæ, ac Notarij fide roboratæ,
in Ecclesijs non affigantur. Quod si secus factum fue-
rit, severe corrigetur excessus.

§. VIII.

Cautio servanda in Sacrorum Vasorum benedictione.

UT a rebus Sacris omnis simoniæ occasio fundi-
tus tollatur, Calices, aut vestes Ecclesiasticas
Epi-

Episcopus ne consecret, aut benedicat priusquam
diligenter inquirat, an eo consecrari, aut benedici
petantur, ut veniuntur. Quod si hujus rei causa
fit, ob incommoda, quæ inde oriri possent, evitanda;
consecratio, & benedictio hujusmodi concedenda
non est.

§. IX.

Episcopus nihil pro Ordinum collatione recipiat.

NIHIL quicquam pecuniæ, ac pretij Episcopi
accipiant, aut eorum Judices accipere permit-
tant, pro collatione Ordinum, Beneficiorum, Præ-
bendarum, Capellaniarum, aut earum institutione,
nec pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, nec
pro sigillo, aut alia quacumque de causa ad res hujus-
modi spectante, nec pro dispensationibus, quæ eis
committentur, ut est a Concilio Tridentino sanc-
tum, sub penis ab eo statutis.

§. X.

Officia ne vendat.

Maxime oportet Justitiæ officia benemeritis Per-
sonis conferri gratis, ut cum omni integri-
tate, & fidelitate exercentur: pretium enim, quo
emuntur, in causa esse solet, ut justo stipendio Offi-
ciales contenti non sint. Eam ob causam interdic-
tæ hæc Synodus, ne Episcopi vendant, aut locent offi-
cia Notarij, Fiscalis, Executoris, seu Licetoris suorum
Tribunalium: nec illi, quibus conferuntur, vendere,
locareve possint. Quod si secus fiat, venditiones, seu
locationes hujusmodi nullæ sint; emptor autem, &
cui locatum officium fuerit, ejus jacturam faciat,
Qq 2

Conc. Basiliens.
Sess. 21. in prin-
cipio rom. 4. Cf.
cil. & Tarracon.
Conc. in c. Logu
de offic. Vicarij,
& Compos. ad.
3. c. 8. & Lim.
3. ad. 3. c. 6. &
Milan. 4. tit. de
benefic. collat. ac
provisione verbo
bo, ut avaritia.

Sess. 24. c. 14. &
Sess. 25. c. 18.

Compos. ad. 3.
c. 24. & Tolet.
ad. 2. c. 15. Lim.
3. ad. 3. cap. 8.
Conc. Milan. 5.
fol. 785. verbo de
emolumentis, &
Synod. de Ofima
tit. 52.

Sess. 22. cap. 10.

venditor vero, & locutor quidquid hujus rei causa pecuniarum acceperint, fabricæ Ecclesiæ Cathedralis restituat. Porro, ut quod per Concilium Tridentinum expositum est, executioni mandetur; Episcopi Notarios hoc tempore officium exercentes examinent, eisque idoneis minime repertis, exercendi officij usum interdican, nemitemque in posterum Notarij officium, nisi de eorum consensu, & approbatione exercere permittant. Notarios vero latinæ linguæ ignaros, in causis latine scriptis, se interponere minime patiantur.

§. XI.

Papæ dispensationes per se ipsos Episcopi exequantur.

Dispensationes, quæ de jure ex commissione Summi Pontificis ad Episcopos pertinent, ipsi per se exequantur, nec eas suis Officialibus committant, idemque servetur in concedendis litteris dimissorijs ad Ordines, si Episcopi sint in Provincia.

§. XII.

Taxam unusquisque in sua Diocesi constituat pro Ministrorum mercede.

Quia æquum est, ut qui Altari deservit, de Altari pascatur: non æquum tamen si nullo constituto stipendio, quidquid pro ratione ministerij exigere velit, Ministri relinquatur arbitrio; hæc Synodus Episcopis mandat, ut cum nulla generalis regula terris adeo diversis præscribi possit, singuli, quo brevius fieri poterit, in suis Diocesis stipendium Ministris Ecclesiæ pro cujusque ratione ministerij, & regionis conditione ad victum congruum æqua æstimatione constituent.

§. XIII.

§. XIII.

Testes Synodales constituentur.

Frustra conderentur leges, si ijs observandis vigilans Cura non adhiberetur, & de earum observatione nulla ratio peteretur. Quare constitutionem Concilij Lateranensis, quæ incipit, *sicut olim:* hæc Synodus sequuta, decernit, ac præcipit, ut Episcopi per suas Dioceses Viros statuunt, Doctrina, & vitæ exemplo probatos, qui sollicite investigent, an, & quomodo Sacri Canones, & hujus Synodi Decreta serventur, & testium Synodali officio fungentes, prima futura Provinciali Synodo de sua diligentia, aut negligentia rationem reddant.

§. XIV.

Episcopus catalogum habeat Parochialium Ecclesiarum, & etiam Parochorum.

Singuli quoque Episcopi libros duos habeant, in quorum uno Parochiales Ecclesias omnes suarum Diocesium describant, Rectoresque earum annotent, etiam si per se ipsos, vel per Vicarios Parochijs ministrant, causam etiam, ob quam, qui Vicarios adhibent in Ecclesia non resident, aut ad residendum non fuerint compulsi: In altero vero libro visitationes scribantur per Episcopos, vel per Visitatores factas, quas ipsi, eorumque Notarij subscribant, ut in Provinciali Synodo constare possit, quas Ecclesias visiterint, quasve non. Hoc enim veluti stimulo excitabuntur Episcopi, & Visitatores ad ea implenda, quæ sibi ex munere incumbunt, aut si minus fecerint, de opportuno remedio providebitur.

Rr

§ XV.

Tx. in cap. Sicut olim de accusationibus, & in c. Episcopi in Synodo 35. q. 6. & Tolet. ad. 3. cap. 28. & Synod. de Quiroga ad fin. fol. 78. & 79. & Provin. ejusdem Quirog. ad. 3. c. 52. & Limen. 3. ad. 4. cap. 23. & Milan. 3. f. 604. verb. Episcopus in urbe sua. & 4. 3. p. tit. de testibus Synodalibus.

Codicem habeat, in quo visitationes scribat.

Conc. Limen. 3. ad. 4. cap. 15.

Conc. Limen. 3. ad. 4. cap. 15.

§. XV.

Sacratissima Eucharistia cultum zelent.

ET si de omnibus, quæ ad cultum divinum pertinent, Episcopos sollicitos esse oportet, ut Ministri Ecclesiastici inuncto sibi muneri perfecte satisfaciant, in eam præcipue Curam incumbere admonentur, ut Sacerdotes Sanctissimam Eucharistiam venerentur, & colant, ad quam conficiendam, & omni cultu prosequendam Sacris fuerunt Ordinibus initiati; Quam ob causam curent Episcopi, ut in ipso Institutionis Sanctissimi hujus Sacramenti die; Feria videlicet quinta in Coena Domini, Sacerdotes aliqui una cum Secularibus eo tempore in Ecclesia commorari solitis, corpori Dominico assistant, quando vero Sanctissima Eucharistia ad infirmos ducitur, eam Sacerdotes superpelliceis induti devote comitentur, ut eorum exemplo, devotio Secularium ferventior sit, & ab omnibus Christo Domino verus honor, verusque cultus exhibeatur.

*Conc. Milan. 3.
fol. 590. verbo
Sacerdoti.*

§. XVI.

*Graviores causas sibi referent; ut sunt divortia,
& Matrimonia.*

Sicut oportuit in Ecclesia Dei gravissimorum quorundam peccatorum casus Episcopis reservari; ita conveniens est, ut in foro exteriori causæ graviores, & quæ majori indigent speculatione, & auctoritate eisdem quoque referentur. Quia vero matrimoniales causæ, ubi de divortio, & separatione quo ad Thorum, & vinculum agitur, in Populo Christiano gra-

*Conc. Trid. Sess.
14. c. 7. de ca-
suum reservat.*

*Conc. Trid. Sess.
24. c. 20. vers.
ad hoc.*

Episcoporum, & vitæ puritate. 149
gravissimæ sunt; de eis tantum Episcopos cognoscere posse, hæc Synodus statuit, ac jubet.

*Conc. Limesf. 3.
ad. 2. cap. 35.*

§. XVII.

Easque per se metipsos decident.

QUOD, si in aliquo casu Episcopis videatur, causam suis Officialibus, quo ad processum conficiendum submittant, decisione causæ sibi ipsis retenta. Quando vero ad hoc Officiales delegari contigerit, ipsi quemquam alium subdelegare non possint, præsertim ad testes examinandos, & eorum testimonia suscipienda.

§. XVIII.

Idoneos Viros deputent, quibus a Summo Pontifice causæ committantur.

Quoniam ob locorum distantiam notitia Personarum, quibus causæ mandantur a Summo Pontifice, plene haberi non potest, & ex hujusmodi delegatione causarum multa incommoda possunt oriri: Sacrosanctum Tridentinum Concilium renovans Bonifacij VIII. constitutionem, quæ incipit *Statutum*, decrevit, a Metropolitanis, & Diocesanis singulis, in suis Diocesis quatuor saltem Personas ad id aptas designari, quibus causæ delegandæ committantur, quam designationem Episcopi ad Summum Pontificem transmitterent; idcirco Episcopi omnes hujus Mexicanæ Provinciæ in Synodo Provinciali congregati, Personas hujusmodi deputarunt in hunc, qui sequitur, modum.

Sess. 25. cap. 10.

Tx. in cap. statutum de rescriptis lib. 6.

Ex Synod de Quirog. ad finem fol. 79.

PERSONÆ IN ARCHIEPISCOPATU

*Mexicano ab Illmo. Metropolitano designatæ.***D**octor Joannes Zurnero, Ecclesiæ Mexicanæ Archidiaconus.

Doctor Sancius Sancties de Muñon, ejusdem Ecclesiæ Scholasticus.

Baccalaureus Petrus Garcés, ejusdem Ecclesiæ Thesaurarius.

Baccalaureus Alfonso Lopez de Cardenas.

Doctor Melchior de la Cadena.

Baccalaureus Alfonso de Ecixa, Canon, ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ ARMb. EPISCOPO GUATEMALENSI

*in suo Episcopatu designatæ.***P**etrus de Liebana, Decanus Ecclesiæ Guatemalensis.

Didacus de Carvajal, Archidiaconus ejusdem Ecclesiæ.

Licenciatus Franciscus Gonzalez, Scholasticus ejusdem Ecclesiæ.

Baccalaureus Gundifalvus de Alarcon, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ ARMb. MECOACANENSI

*in suo Episcopatu deputatæ.***L**icenciatus Alfonso de la Mota, & de Escovar, Decanus Ecclesiæ Mechoacanensis.

Baccalaureus Didacus de Orduño, Scholasticus ejusdem Ecclesiæ.

Doctor Alfonso Ruiz, Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

PER.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU

*a Rmo. Episcopo Tlaxcallensi.***T**homas de la Plaza, Decanus Ecclesiæ Tlaxcallensis.

Baccalaureus Ferdinandus Pacheco, Archidiaconus ejusdem Ecclesiæ.

Baccalaureus Alfonso Perez de Andrada, Cantor ejusdem Ecclesiæ.

Franciscus de Beteta, Scholasticus ejusdem Ecclesiæ.

Doctor Joannes de Cervantes, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

Baccalaureus Garcia Rodriguez Maldonado, Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU

*a Rmo. Episcopo Yucatanensi.***B**accalaureus Franciscus de Quintana, Archidiaconus Yucatanensis.

Leonardus Gonzalez de Sequera, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU

*a Rmo. Episcopo Xaliscoensi.***L**icenciatus Martinus de Spes, Decanus Ecclesiæ Xaliscoensis.

Licenciatus Franciscus de Segura, Cantor ejusdem Ecclesiæ.

Franciscus de Morales, Thesaurarius ejusdem Ecclesiæ.

Licenciatus Melchior Gomez de Soria, Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

Ss

PER.

PERSONÆ DEPUTATÆ IN SUO EPISCOPATU
a Rmo. Episcopo Guaxacanensi.

Doctor Sancius de Alzoris, Decanus Ecclesiæ
Guaxacanensis.

Baccalaureus Petrus de Alaves, Archidiaconus ejus-
dem Ecclesiæ.

Baccalaureus Balthasar de Ulloa, Scholasticus ejus-
dem Ecclesiæ.

Franciscus de Covarrubias, Canonicus ejusdem Ec-
clesiæ.

TITULUS II.

De Officio Rectoris, & Plebani,

DE OFFICIO PAROCHI, ET DOCTRINÆ

CURA.

§. I.

*Parochi obligationes suas frequenter memoria repetant,
atque decreta hæc assidue legant.*

Animarum Curam gerere, earum morbis me-
deri, & eas ad Deum ducere, in quibus
omnis Curatorum officij ratio versatur, ars
artium, & scientia scientiarum est. Sed quia in re
tanti ponderis, & momenti, ubi de animarum salute
agitur, quælibet negligentia valde periculosa est, Pa-
rochos omnes, tam Seculares, quam Regulares hæc
Synodus, quantum potest, in Domino cohortatur, eis-
que præcipit, ut impositum suis humeris onus atten-
te considerent, & eis, qui spirituali subditorum uti-
li-

*De hoc tit. in ge-
nere bene loqui-
tur in Concil. 1.
Milan. par. 2. de
his, quæ ad Sa-
cramentorum ad-
ministrat. perti-
nent, & Gran-
tit. de Offic. Re-
ctoris, & Synod.
de Quir. a const.
41. usque ad cõ.
51. 47.*

litati consulunt, promissum præmium animadvertant,
ac negligenter agentibus statutum supplicium ob ocu-
los ponant, divinaque adjuvante gratia, ad id toto pe-
ctore incumbant, ut in suo munere obeundo omnem
operam præsentent. Quo vero officij sui rationes Paro-
chis magis notæ sint, in Decretorum hujus Synodi,
eorum præsertim, quæ ad solum munus pertinent,
assidua lectione versentur, librumque Decretorum
hujusmodi, post sex menses, a die publicationis eo-
rum computandos, emant, & secum habeant, sive mi-
nus, pondo decem multentur, quorum partes, quæ
fabricæ Ecclesiæ, cujus exercent Curam tribuantur,
tertia vero accusatori, aut, eo deficiente, Judici, a
quo ex officio id fuerit judicatum.

§. II.

*Parochi verbum Dei prædicent, & catechismum
tradant.*

CUM Prædicatione verbi Dei, ac Doctrinæ Chri-
stianæ documentis maxime subditorum men-
tes illuminentur, & ad Deum dirigantur, præcipit
hæc Synodus, ut huic rei Curati potissimum invigi-
lent, eo tempore, & ordine, quibus titulo de Sum-
ma Trinitate, & Fide Catholica præscribitur.

*Vide supra tit.
de constitutioni-
bus §. 3.*

*Supra lib. 1.
tit. 1. §. 2.*

DE ADMINISTRATIONE

SACRAMENTORUM.

§. I.

Omni sollicitudine Sacramenta Parochi dispensent.

Perpendant Parochi dispensationem Sacramen-
torum, quæ cibis, & medicina animarum
sunt, a Domino sibi creditam, & quam sint

Ss 2

Deo

Deo rationem reddituri, si in pascendo grege minus solliciti egerint. Quam obrem tanquam servi fideles ministerium impleant, petentibusque, & indigentibus spirituales cibum ne denegent, sed ita se gerant, ne incuria, aut negligentia, administratio Sacramentorum omitatur.

§. II.

Celeriter ægrotos, cum ad eos vocantur, visitent.

VOcati ad alicujus infirmi peccata audienda, eo sine mora festinent, scientes ægroti salutem spiritualem a proprio eorum adventu pendere posse. Quoties vero secus fecerint, pondo quinquaginta mulcentur, fabricæ Ecclesiæ, pauperibus, & accusatori æque distribuendis, & ab officio, ac beneficio per bimestre suspensi sint. Si vero quilibet alius Sacerdos, absente Parocho, in casu necessitatis ad audiendum peccata vocatus ire recusaverit, Episcopi arbitratu puniatur. Quod si Parochus, aut Sacerdos hujusmodi ægroti Idioma non noverit, interpretem adhibeat, ut ægrotum mærentem consoletur, & exhortetur; postquam autem ægrotus admonitus fuerit, se ad id non teneri, valde tamen animæ salutis utile esse, tamen per interpretem peccata sua confiteri voluerit, & interpretis spectatæ Fidei sit, ea Sacerdos audire poterit. Curati quoque omnes subditis suis in mortis articulo constitutis assistant, eosque exhortentur, ad formam in Cathedismo ab hac Synodo probato contentam.

§. III.

De confessione qua per interpretem fit.

Vide supra lib. 1. tit. 1. §. 10. & 11.

§. III. *Indos instruant, & mancipia de effectibus Sacratissime Eucharistiæ ad eandemque percipiendam disponant.*

CUM Sanctissimæ Eucharistiæ, quæ cibus, & vita animæ est, ac peregrinantium in hoc seculo fortitudo, jam usque a renascente Ecclesia cum fructu animarum uberrimo frequens sit usus, cumque optet Sacrosancta Tridentina Synodus, ut in singulis Misis Fideles astantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicent; quorundam nihilominus adeo imprudens zelus est, ut Indos, & servos, qui tanquam parvuli recens in Christiana Fide pati, tam salutari indigent alimento, ab Eucharistiæ perceptione arcere velint. Quam obrem Parochos omnes hæc Synodus hortatur, eisque jubet, ut Indos, ac servos hujusmodi accurate edoceant vim, & rationem tanti Sacramenti, puritatem quoque conscientiæ, & animi reverentiam, quibus digne se præparent ad Eucharistiæ sumptionem. Quos vero hac animi præparatione dispositos noverint, eis (præsertim si infirmi sint) nullatenus Eucharistiam denegari patiantur, ne sine tanto Viatico, & sine Extremæ-Uncionis Sacramento, ut est titulo de Sacra Uncione sancitum, ex hac vita discedant.

DE VIGILANTIA, ET CURA CIRCA SUBDITOS, PRÆSERTIM IN SACRAMENTORUM RECEPTIONE.

§. I. *Parochi Indicem Paroecianorum singulis annis conficiant.*

UT Parochi Seculares, & Regulares ovium vulgum cognoscant, & utriusque sexus Fideles si-

Supr. lib. 1. tit. 6. §. 3.

Tt

Mexic. 1. c. 6.
& 7.

De materia huius §. cum seq. loquitur Guad. tit. 2. c. 25. 32. 33. 34. & 35. Syn. de Quirog. const. 11. & Gran. tit. de penitentijs, & remission. n. 20. 21. 22. & 23. Mex. 1. c. 6. & Mex. 2. cap. 4. Conc. Milan. 5. tit. quæ ad Sacrament. Penitentia pertinent in principio.

bi commissi, in sua quique Parochia, statutis ab Ecclesia temporibus peccata confiteantur, & Eucharistiæ Sacramentum suscipiant, Parochiales suos utriusque sexus, Hispanos, Mixtos, Ætiopes, & ex altero parente Ætiopæ ortos, & Indos, decem annorum ætate maiores, conjugatos, & cælibes suis nominibus indice describant, exprimendo familiæ capita, virum, & uxorem, filios, famulos, servos, necnon Pastorum, Agricolarum, & aliorum in agris commorantium, sibi subditorum, in eodem indice mentionem faciant, ut de Personarum numero, quarum peccata audire debent, Parochis hoc modo constet. Indices vero huiusmodi singulo quoque anno conficiant a principio Quadragesimæ in Hispanorum locis; a Septuagesima autem, vel antea (si Episcopo visum fuerit) in oppidis, seu pagis Indorum.

§. II.

Monitum quoddam circa confessiones, quæ fiunt in Quadragesima.

Moneant quoque Parochi a Dominica Septuagesimæ Parochiales sibi subditos, ne usque ad Quadragesimæ finem peccatorum confessionem differant: sed potius ita se ad eam præparent, ut ante majorem hebdomadam peccata confessi, tempore ab Ecclesia præfinito, Sacrosanctam Eucharistiam percipiant.

§. III.

Denuntiatio faciendâ ijs, qui statuto tempore non communicant.

Parochi Hispanorum, Dominica Quasimodo inter Missarum sollempnia, tempore Offertorii publi-

blice in sua cuique Parochia denuntient Hispanos omnes, Mixtos, Ætiopes, & ex altero parente Ætiopæ natos, qui nondum eo tempore peccata confessi sunt, nec Eucharistiam sumpserunt, Ecclesiæ præceptum transgressos fuisse, & gravem in Deum offensam commississe. Ad cuius culpæ emendationem eos moneant, quatenus præfinito tempore usque ad Dominicam sequentem inclusive peccata confiteantur, & Eucharistiam sumant, sub pena Excommunicationis latæ sententiæ, quam omnes (servis exceptis) incurrant.

§. IV.

Quando, & quomodo a Communione Fidelium revocandi.

QUI vero sic denunciati, tempore præfinito confiteri peccata, & Eucharistiam sumere neglexerint, sequenti festo, vel Dominica publici declarentur excommunicati, & a Divinis arceantur Officijs, nisi de Confessarij consilio ad Eucharistiam non accesserint, sic autem excommunicati, ab alio, quam a proprio Parocho absolvi non possint. Hispani vero, & Mixti, priusquam absolvantur, pondo uno mulctentur; Ætiopes autem, seu ex altero parente Ætiopæ editi jam liberi, pondo dimidio, ad usus fabricæ Ecclesiæ, cujus fuerint Parochiales, pro servis vero pondo dimidium Heri persolvant, eo quod negligenter servos ad peccatorum confessionem monuerint. Quas quidem multas Parochi non recipiant, sed ipsis præsentibus, in arca recondantur, ad effectum huiusmodi in qualibet Ecclesia deputanda.

Guad. tit. 2.
const. 33.

Limenf. 3. ad 4.
cap. 7.

Multa ipsi imponenda.

§. V.

Excommunicationis aggravatio.

CUM publice excommunicatis hæc ratio habeatur, ut, si quarta Dominica post Resurrectionem, emendati non paruerint, cum participantibus excommunicentur. Si vero Dominica quinta adhuc peccata confessi non sint, nec Eucharistiam susceperint, anathemate feriuntur. Quibus sic gestis, indices, sive libellos suos Parochi clausos deferant, aut per providam Personam adeo opportune ad Officiales Episcoporum transmittant, ut ad diem Pentecostes prædictis Officialibus tradantur, sin minus pondo decem mulctentur fabricæ Ecclesiæ, cujus Parochi fuerint, & pijs operibus æque distribuendis. Cum autem servi Decreti hujus Censuras non incurrant, decernitur, ut pœna pecuniaria heris imposita augeatur juxta servorum retardationem in peccatis consistendis. Si vero (quod absit) aliqui ex hujusmodi excommunicatis, adeo pertinaces, & obstinati sint, ut nondum in die Pentecostes Ecclesiæ præceptum adimpleverint, eorum absolutio Ordinariò reservetur, qui eos absolvendi facultatem nulli tribuat, ut ipsi verecundia confusi, iterum non delinquant, & alij metu pœnæ cautiore evadant.

§. VI.

Quid ab Indorum Parochis faciendum circa Catalogos eorumdem.

Indorum etiam Parochi, tam Seculares, quam Regulares, Dominica *Quasimodo* eos admonent, teneri semel in anno peccata sua confiteri, quos vero repererint, eo tempore non satisfecisse præcepto,

Excommunicatorum Catholicus ad Episcopum mittatur.

Episcopum Excommunicat. reservo.

§. VII.

Rectoris, & Plebani graviter reprehendant, cuique tempus ad confitendum præstent. Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur. Ad Dominicam autem Pentecostes Officiali Episcopi Indices, seu libellos mittant, quibus describantur eorum, qui confessi sunt, ingeniam, & Christiani mores, & hi etiam, qui sumunt Eucharistiam, necnon illi, qui peccata confessi non sunt, quod Parochi exequantur, sub pœna pondo decem, ad Ecclesiæ fabricam, & pios usus.

Parochi Orationi vacent, Missæque, & Vesperas celebrent.

PRO Populo sibi commissio Orationes, & Sacrificia Deo offerre Parochi debent, ob idque hæc Synodus decernit, ut omnibus diebus Dominicis, & Festis colendis Missam de Officio occurrenti celebrent, necnon primas, & secundas Vesperas sollemniter cantent, quibus quoties ipsimet non interfint, pondo unum ad fabricæ Ecclesiæ usum persolvant.

§. VIII.

Festa, atque jejunia annuntient.

Omnibus diebus Dominicis, inter Missarum sollemnia tempore Offertorii subditis annuntient Festa colenda, ac dies junij ex præcepto, quæ in sequentem hebdomadam inciderint, sub pœna pondo quatuor, accusatori, & pijs operibus distribuendis; vigiliis etiam Beate MARIE Virginis, quæ non sunt jejunii, dies itidem rogationum evulgent, mox neantque subditos, ut his diebus jejunandi, & ab esu carniurn abstinendi, laudabilem fidelium consuetudinem

Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur.

Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur.

Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur.

Quod si non paruerint, pro ratione dilationis puniantur.

gationes de consecratione. dist. 3. & vide infra lib. 3. tit. 21. §. 3.

dinem servent, prout titulo de observatione jejuniorum decretum est, necnon Indulgentias, ob id sibi concessas, eidem notas faciant.

Singulis hebdomadis Eucharistiam renovent.

Ex Granat. tit. de Offic. Redor.

Singulis octo diebus Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum renovent, consecrantes Hostiam eodie, vel pridie ejus diei confectam; corporalia singulis quindecim diebus lavare curent, quæ, cum ad lavandum dederint, attente respiciant, ne Particula ulla in eis remaneat; Purificatoria itidem singulis quoque octo diebus mudentur. Quoties autem in aliquo horum negligenter egerint, pondo quatuor mulctentur, sumptibus lampadis, coram Dominici Corporis Sacramento ardentis, applicandis.

§. X.

Parochorum Cura circa Baptisterium.

Sess. 24. c. 2. de reform. Matrim. & infra tit. de Baptismo §. 5.

Parochi juxta Concilij Tridentini Decretum, antequam ad conferendum Baptismum accedant, diligenter ab his, ad quos spectavit, sciscitentur, quem vel quos elegerint, ut baptizatum de Sacro Fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittant, doceantque eos, quam cognationem contraxerint, atque solum eorum nomina in libro describant, quamvis alij, ultra designatos, baptizatum tetigerint.

§. XI.

Parochi Libros habeant, in quibus Baptizatorum, Confirmatorum, Conjugatorum, & Defunctorum nomina scribantur.

Ad vitanda incommoda, quæ labente tempore ex rerum oblivione nascuntur, in Sacramentis præsertim iterandis, & Matrimonij ex cognationis ignorantia in gradibus prohibitis contrahendis, mandat hæc Synodus, ut Parochi singuli tres libros habeant, in quorum uno baptizatorum, eorumque parentum, & compatrum, baptizantis quoque nomina describant; in secundi vero libri parte una eos, qui Matrimonium contraxerunt, parentes quoque eorum, & patriam, testes etiam Matrimonio assistentes annotent, ac suo proprio nomine muniant; in altera vero parte defunctorum nomina, cum die, mense, anno, & Ecclesia, in qua sepulti sunt, scribant; in tertio denique libro, eorum qui Sancto Chrismate deliniti sunt, parentum quoque, compatrum, ac confirmantis nomina apponantur; hi porro libri ad formam ab Episcopo præscriptam asserventur, quibus, & in eis scriptis, ac Parochi nomine subscriptis, tam in judicio, quam extra, fides adhibeatur.

§. XII.

Extraneos ne Matrimonio jungant Parochi, nisi de Episcopi licentia.

Nullum extraneum Matrimonio jungant, si prius per diligentem Inquisitionem non constet, cum nullo legitimo teneri impedimento, ac præterea ab Episcopo contrahendi facultatem in scriptis

Ex Conc. Trid. Sess. 24. c. 2. de reform. Matrim. & Mex. 1. c. 32. & Milan. 1. tit. que pertinent ad Baptismi administrationem. verbo Parochus.

Ex Conc. Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. Matrim. & Milan. 1. p. 2. tit. que ad Sacramentum Matrimo. pertinent. Gran. tit. de Off. Rectoris n. 24. Milan. 1. 2. part. tit. que pertinent ad Sacramenti Confirmationem. Synod. de Quirrog. cons. 6. & 8.